

morbi decubentem invenerunt. Seqventi die septimo ac critico mutatio in deterius haud exigua viribus decrescentibus,  $\alpha\gamma\rho\pi\tau\eta\alpha$  magis invalescente comparuit. Prævidens inde Beatissimus à SELMNITZ, instare fatalem horam,  $\epsilon\nu\delta\alpha\tau\alpha\delta$  specimina multa edidit, & vanitatem seculi vanissimam detestatus  $\tau\alpha\omega\pi\tau\eta\alpha$  gemitibus intimis anhelavit, Informatori qvondam suo Dn. Mühlstein / & per hunc internuncium Parentibus carissimis pro beneficiis omnibus gratias egit, ad sepultura corporis ordinavit, editâ peccatorum confessione, viatico sacro ad beatam ex corporis domicilio emigrationem se instrui curavit, seqve precibus ardentissimis voluntatis Salvatoris, in qvo delicias suas omnes qværebat, totum resignavit. Voti sui compos evasit ab insultu morbi primo die nono, Januarii sc. decimo, cum anno ætatis decimo sexto, bimestri spacio & biduo in hac scena mundana laudabiliter competis, inter preces adstantium beatam animulam in manus Salvatoris exhalavit. Non qvàm diu, sed qvàm bene, trito circumfertur proverbio. Beatissimus noster à SELMNITZ exiguum qvidem sibi circumscriptum vitæ stadium citò decurrit, sed sapientiæ canis fulgens, & jucundissimam sui memoriam posteritati relinqvens, diu satis vixit. Jacturam non ipse, sed nos hâc immaturâ morte patimur, Carolinum istud ingeminantes:

Tu patriam repetis, tristi nos Orbe relinqvis,

Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.

In obitum Fœm. hon. Susannæ Heerbran- din/gebörne Friedelin. Viti Pl.rev. Dn. Valerii Heerbrands Elect. Sax. conc. aul. conjugis, d.27. April. 1665. Pf.69. v.4.

Permutationem hanc inæstimabilem  $\tau\omega\mu\alpha\kappa\alpha\pi\tau\eta$ , gratulantes, exuvias, Spiritus Sancti templum, dormitorio suo in æde Thomæ post auditam I. pomeridianam inferemus. Concorpora autem Academiz, ut fragilitatis humanæ memores, & ut honoratissimis SELMNITZIORUM & WERTHERORUM familiis  $\sigma\upsilon\mu\delta\alpha\tau\alpha$  suam declarent, freqventes in funus nobiscum procedere jubemus. P.P.VII.Id.Martii anno M. DC LXV.

LXXIX.

## Letzte Befreyung aus allen Sünden- und Angst-nezen.

Im Namen Jesu!



Als gesicht vergeht mir/daz ich so lange muß har-  
ren auff meinen Gott! Mit diesen sehnlichen seuf-  
zern beschweret sich der Herr Messias über sein lang-  
wie-